sic habetur: Datum Auinione[a]) xxvi. die mensis iulii anno domini m̊ ccc̊ l°, pontificatus domini Clementis pape vi. anno ix.; alia autem hiis verbis sonat: Datum in Herbipoli anno domini m̊ cc̊ lxxx̊vii, xvi. kalendas aprilis in die beate Gerdrudis virginis; ultima vero littera sic terminatur: Datum anno domini m̊ cc̊ xcv̊ii idus iulii, nec non confirmaciones et ratificaciones huiusmodi indulgenciarum per predecessores nostros facte presentate sunt nobisque humiliter extitit supplicatum, quatenus litteras cum suis indulgenciis et earum continenciam auctoritate nostra ordinaria confirmare auctorizare ac nostras eciam indulgencias addicere misericorditer dignaremur. Nos igitur Thylo episcopus memoratus supplicacionibus huiusmodi inclinati ipsas litteras cum datis indulgenciis auctoritate nostra ordinaria ratificamus confirmamus et approbamus, omnibus eciam et singulis vere penitentibus confessis et contritis, qui opera bona caritatis et pietatis iuxta tenorem illarum litterarum devote adimpleverint et fecerint nec non antiphonam Salve regina et responsorium Tenebre tociens, quociens in dicta ecclesia parrochiali opidi Grymmensis [decantabuntur], devote visitaverint et suas preces cum v Pater noster et totidem Ave Maria et *symbolo[b]) ad dominum deum ex sinceritate et puritate cordis fuderint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate ac sanctorum Iohannis Laurencii Maximi et Romani martyrum, patronorum nostrorum, meritis confisi quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Merseburg anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, ipso die sancti Barnabe apostoli.

132.

Kurfürst Ernst und Herzog Albrecht verlangen für den Büchsenmeister Bernhart in Grimma Freiheit von den städtischen Abgaben. **Meißen, 1467 Juni 16.**

Hdschr.: Or. Pap. Ernestin. Gesammtarchiv Weimar Reg. HH, pag. 155 G. 4a. Das zum Verschl. aufgedr. S. ist abgefallen.
Anm.: Vergl. Lorenz Grimma 497.

Von gots gnaden Ernst kurfurst und | Albrecht gebruder hertzogen zcu Sachsen. | Lieben getruwen. Bernhart, buchßemeyster geinwertiger, auch | unser lieber getruwer, hat uns anbracht, des wir auch selbst ein wissenn haben, das er bie unserm lieben hern und vater gotseligenn alleczeit fryhe bie uch gesessenn hat. Als begern wir von uch mit gantzem vließe, das yr ynn hinfurder auch also friehe sitzen lasset, in massen er bie unserm herrn und vater gesessen hatt, und furder noch hocher nicht belestigeth, des nicht anders haldet. Daran tut yr uns sunderlich zcu dancke und wollen das gein uch in eynem andern gnediglich vorglichenn. Gebenn zcu Myssen am dinstag noch Viti martiris anno domini ꝛc. lx septimo.

Außen Aufschrift: Dem rate zu Grymme unsern lieben getruwen.

132. *a)* Auinioñ. *b)* Symbalo.